PETRUS LOMBARDUS. BANDINUS. INNOCENTIUS III. PAPA
Österreich, 12. Jh. Seite 93v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Nonne multi maxime in hoc tpe
se ipsos ingerunt et non uocati. et
quandoque per uiolentiam ut octauianus
sumunt sibi honorem. Quomodo ergo uerum est
nemo sumit sibi honorem. Solo.
Nemo pie et religiose agens se ipsum
ingerit. Neque xpc se ipsum glorifi
cauit ut pontifex fieret. Cum hec glo
rificatio patris de filio facta sit
secundum humanam naturam. quare quomodo hec
auctoritas. ego hodie genui te.
que secundum augustinum exponitur de eterna
gnatione in hoc loco ab apostolo indu
citur. quomodo pater dicens ego hodie
genui te. testatur xpm secundum quod homo
filium suum esse et mundi redemp
torem. Solo. Iere dicit quod hec
auctoritas de humana xpi
gnatione sic intelligitur. hodie
id est in tpe gratie et lucis. genui
te. i. incarnaui te. uel genui.
i. ostendi esse genitum. secundum quod bene
inducitur hec auctoritas.
Secundum ordinem melchisedech. etc.
Dicit expositor quod tpalis non fuit
melchisedech. Sed nonne homo fuit
tantum. et sic tpalis. quia omnis
homo temporalis. Solo. Ideo dictum
est non est tpalis. quia scriptura subticu
it eius inicium. et finem uite. infi
gura xpi qui caret inicio et fine.
Vel potest dici sacerdos non tpalis
propter eius sacer[illegible] dotium. quod
manet in [illegible] eternum.
Exauditus est pro [illegible] sua reuen
tia. Quare quid sit xpm exaudi
tum esse pro sua reuerentia. Nonne ste
phanus similiter exauditus est pro sua re
uerentia et ceteri sancti. Quid ergo magnum
de xpo si sit exauditus pro sua reuer
tia. Solo. Non est si quedam
dicantur de xpo. communia mrib.
cum quedam et communia legalibus sa
cerdotibus hic ponantur. Tamen potest
dici quod stephanus exauditus est pro reue
rentia xpi potius quam pro sua. Xpc
enim per se intrauit. alii per ipsum. unde
et de plenitudine eius omnes accepi
mus. et sic aliquid speciale de xpo dicitur
cum legitur quod exauditus est pro sua reuer
tia. que in hoc notatur quod sine peccato
et sola caritate passus est.
Didicit ex his que passus est obe
dientiam. Ea discimus que ignoramus
xpc autem cum omnia nouerit tamquam deus. quo
modo didicit quod ignorauit.
Solo. Hec questio iam satis superius
exagitata est. Dictum est enim quod duplex
est cognitio [illegible] ia comprehensionis. altera
experientie. Illa que est comprehensionis
ab eterno huius. altera uero didicit ex
tpe. Que sint elementa ex ordine
sermonum dei. etc. Quare que sit
differentia inter hec tria. elementa. ex
ordium. sermonem dei. Solo. Ser
monem uocat doctrinam euangelicam.
ex ordium simbolum. uel orationem dominicam.
elementa sunt materia quam simbolum conti
net. ut natiuitas. passio. aliique
fidei articuli.